

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johannes Crocius Johann Dössel

**Disputatio Theologica Secunda Quae Evangelicae Per Europam Ecclesiae  
Doctrinam Scripturae sacrae conformem esse evidenter ostendit**

Marpurgi Cattorum: Hutwelckerus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746346611>

Druck Freier  Zugang





95-

52<sup>b</sup>. 6.



Fa 1092 (95.)

Tomo hor. XLVII. . continentur.

1. Dicerni Icarus Academicus Norimb. 1643.
2. Aclamationes prepemptias Academie Genesia cum eo ea  
descenderet idem Dicernur.
3. Orationes inaugurales Academie Liudunensis Batavorum.
4. Polyandi. Waldei. Anno: 1620.
5. Thysii.
6. Hommii.
7. Sinapis.
8. Ravii Pancoynica Orientalib[us] linguis Trajecti d[omi]ni 1693.
9. Hier. Welleri Consilium de Scholis Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de codem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Hemsii. Homilia in Natalem Domini. lug. 1613.
13. — . In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpii de Virtutibus liberis arbitriis coll. Con III, 4. s. 1645.
15. Damhauen. Domini Glorie crucifixus. 1633.
16. — . De Melchisedecco e Gen. x Iv. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. — . Analysis Capiti V ad Romanos. eodem.
19. Arschaeur De istuc testimoniis in Terra. 16. VI. 8. 1635.
20. — . De Peccato originali. eod.
21. — . Synopsis Theol. Zachariae.
22. — . ad Hebr. XII, 8. 1643.
23. — . ad Act. VI, 27. 28. 1646.

|     |     |     |
|-----|-----|-----|
| 1.  | 8.  | 3.  |
| 2.  | 9.  | 4.  |
| 3.  | 10. | 5.  |
| 4.  | 11. | 6.  |
| 5.  | 12. | 7.  |
| 6.  | 13. | 8.  |
| 7.  | 14. | 9.  |
| 8.  | 15. | 10. |
| 9.  | 16. | 11. |
| 10. | 17. | 12. |
| 11. | 18. | 13. |
| 12. | 19. | 14. |
| 13. | 20. | 15. |
| 14. | 21. | 16. |
| 15. | 22. | 17. |
| 16. | 23. | 18. |

24. D. Marentius de Ecclesia. 1608.  
25. D. Hammenig de Persona Christi. 1645.  
26. D. Cothamay de Predestinatione. Rostock. 1692.  
27. —. Part II. —  
28. Id. Croix de Orthodoxæ Fidei Dilectione Marp. 1619.  
29. —. Vano per Europā Doctrinæ cum Script. S. conformitas.  
30. —. De Apostoli nominis causis.  
31. —. De Apostolita Ecclesiastū Evang. Doctrina.  
32. —. De Catholicismo Eccl. Evangelice.  
33. —. De Antiquitate Relig. Evangelice.  
34. Gocklenii Theser Apologeticus contra Finniū. 1606.  
35. —. De Analogia seu proportione.  
36. Petelinus de S. Cœna Stenforti 1602.  
37. Toffani Theser contra Evangelicos. ibid. 1605.  
38. Ravenspergi Samson redivivus. ibid. 1614.  
39. Heyderi Exerc quæstionum Thol. Marpurgi. 1611.  
40. Eglini de Generaliis Christi. ibid. 1608.  
41. —. De Fide justificante. ibid. 1617.  
42. —. De Peccati in Spiritum S. cod. 44 B. Croix de Pa  
43. —. De Predestinatione. ibid. 1619. Doctrinæ  
44. Connug Vorshy de Idolatria Pontificiorum in cultu virtutum.  
45. —. Fide Stenfort. 1608.  
46. —. de Idolatria corundē multa sanctorum.  
47. —. —. In cultu Imaginum.  
48. —. —. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Probsti Soc. Ges. disputatio Paradisiaca  
50. Conradi Vorstii Oratio Antlopetrica in  
Pleno confessu dominum Hollandie et Westfalia ha-  
bita. Raaet Marti. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.  
Gesae. 1646.
52. — De Animæ Hum. Similitudine. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicarum. 1646.

A - A

16

35

30

A - C

20

40

A - B

A - B

35

P. 36

A. 00

A - C

A - B

A - D.

A - Z.

A - G.

A - B

40

128

72

A - D.

A - D.

19

16

32

A - G

A - B

A - C

A - B

A - C

A - C

P. 61

A - D

A - D

A - C

A - C

A - C

65

A - C

48

A - C

16

A - C

A - C

A - C

A - B

A - C

A - K

51

24

24

20

DISPUTATIO THEOLOGICA  
SECUNDA,

*Quæ*  
**EVANGELICÆ PER EU-**  
**ROPAM ECCLESIAE DOCTRINAM**  
Scripturæ sacræ conformem esse eviden-  
ter ostendit,


*DEI assistente gratiâ,*  
Præside

**IOHANNE CROCIO S.S.**  
THEOLOGIÆ DOCTORE, ET E.  
jusdem in Academia Marpurgensi Pro-  
fessore primario,

*Respondente*  
**M. IOHANNE DOSSELIO,**  
Publicè proposita

Loco horisque solitis.

Marpurgi Cattorum,  
Ex Officina Rodolphi Hutyvelckeri,  
Anno M D CXIX.





## POSITIO I.

**C**onformitatem cum sacra scriptura unicum indubitatum & infallibile veræ fidei criterium esse, superioris disputationis sectione primâ probavimus: secundâ quid de multum diuq; jactatis Pontificiorum notis sit sentiendum, candidè ex Dei verbo declaravimus. Jam deside, quam Evangelica per Europam ecclesia profitetur, agendum erit.

II.

Fidei autem nominè non comprehendimus privatas doctrinæ etiam celeberrimorum opiniones & loquendi formas, sive per incogitantiam prolatas, sive acriter defensas. Fatemur enim non deesse, quas cum sacra scriptura nequaquam convenire, proinde linea potius inducendas quâmlaboriosè defendendas esse rei evidētia evincit & moderata ingenia lubenter agnoscunt.

III.

De communi itaque ecclesie nostræ doctrina, quæ in confessioni harmonia traditur, nobis erit sermo. Eam scripture confermem esse & in ea hominem servari posse, nos constanter affirmamus, Pontificij negant. Lis gravis, contentio diuturna! Adversariorum rationes alio tempore, Deo volente, examinabimus. Hac vice, quod suprapromisimus, sententia nostra fundamenta, Deo, cuius gratiam supplices imploramus, insirmitatem nostram sublevante, proponemus. Et quidem sectione primâ totam rei summam syllogismo concludemus. Secundâ lucem negotio inferemus à scriptura.

A 2

Se-

3  
1.  
34  
29  
3  
38  
39  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50

## SECTIO PRIMA.

Evangelicam per Europam ecclesiam religionem scripturæ conformem adeoque in qua homo servari possit, profiteri, hoc syllogismo adstruimus;

## QUICUNQUE

1. Dei verbum Prophetarū & Apostolorū scriptis comprehensū pro unica & sufficienti fidei vitæq; regula habet ac docet;
2. Deum in essentia unum in personis trinum sc. Patrem, Filium & Spiritum Sanctum
3. Non solum cœlum & terram, & quæ in ijs sunt, visibilia & invisibilia ex nihilo condidisse, sed etiam hominem ad imaginem sui fecisse, i.e. sapientem, bonum & justum, ut Deum creatorem suum agnosceret, coleret & cum ipso in æternum beatè viveret.
4. Eundem omnia æterno suo consilio & providentiâ sustentare & gubernare.
5. Hominem verò impulsore diabolo legem Dei liberè transgressum esse, eoque
6. Tum se & suos posteros divinis ipsis donis orbasse, adeo ut nisi Spiritus Sancti virtute regeneretur, ex se ad malum pronus, ad bonum autem sit ineptus,
7. Idque propter peccatum inhærens, cui totam posteritatem obnoxiam reddidit;
8. Tum mortis temporalis & æternæ reos constituisse.
9. Ex qua miseria non nisi per Dei gratiam emergere possit.
10. Cui quidem plenè, id justitiâ postulante, vel per nos vel per alium satis fieri debuit.
11. Cum a. homo quotidie culpam augeat, alia verò creatura, quod homo peccavit, luere nec debeat, nec quidem nuda creatura possit, opus fuisse mediatore, qui esset Deus & homo.
12. Non a. alium esse præter Jesum Christum verum Deum  
à patre

3  
11.  
14.  
29.  
39.  
31.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.

à patre ab æterno genitum, filium consubstantialem in tempore operatione Spiritus San. conceptum, è Maria virgine natum verum hominem nobis ἐμοστον: unum & eundem Jesum Christum Filium Dei in duabus naturis, inconfusè, inconvertibiliter, indivulgè & inseparabiliter manifestatum, hautquam differentiam naturarum propter personæ unitatem sublatâ, sed magis utriusque naturæ sicut in unam personam coalescēsita ad unū αντέλεκτρα concurrentis proprietate servata, non ut in duas personas dividatur, sed ut unus idemque Deus & Mariæ filius, utraque naturâ proprium quidem, attamen cù communione alterius agente quod suum est, officium non minus in exaltationis quam ignominiae statu exequatur, eoque nomine unâ numero adoratione tota persona honoretur.

13. Hunc unum & solum nostrum esse mediatorem secundum utramque naturam patris decreto, suâque voluntate.

14. Prophetam, qui patris voluntatem revelet, ministerium instituat, & per illud in auditorum cordibus sit efficax, quos, quando & quomodo vult, illuminando, ad credendum & Evangelio obtemperandum movendo.

15. Sacerdotem, qui offerat se illibatam victimam pro mundi peccatis, pro omnibus sibi à patre datis intercedat, suum sacrificium ijs applicet, pro quibus orat, adeoque in gratiam credentes recipiat & efficiat, ut pater eos recipiat, denique fidem in cordibus ipsorum operetur, quâ meritum ejus apprehendant.

16. Regem, qui Ecclesiam sponsam illam in se tanquam capite non propter operum dignitatem, nec ob fidem in ipsa previsam, sed secundum beneplacitum voluntatis suæ ad laudem gloriose suæ gratiæ à Deo ab æterno electam Spiritu & verbo suo regat, contra hostes internos & externos tueatur, donis instruat, tandem ab omnibus malis liberatam in gloriæ possessionem immitat: hostes vero sibi justè relictos vincat, frenet & aliquan-

aliquando planè debellatos in æternas poenas justè decretas  
potenter detrudat.

17. Ex hoc officio in Ecclesiam dimanare omnia beneficia  
gratiæ & gloriæ.

18. Hinc pendere vocationem , quâ Deus, quos vult, foris  
per verbum & sacramenta, intus per Spiritum S. vocat ad par-  
ticipandum sortem Sanctorum in luce.

19. Hinc pendere fidem salvificam , seu notitiam & assensū  
à spiritu S. per Evangelium in peccatoribus miseriam suam ex  
lege agnoscētibus, ingeneratum , quo Christum Jesum si-  
biā patre servatorem datum suscipiunt, ac certā fiduciā in eum  
recumbentes, ejusque unico merito & intercessione freti ad  
Deum accedunt.

20. Neq; minem extra Christum justificari, omnes autem i-  
psi datos justificari gratuitā omnium peccatorum remissione  
propter unicum Christi meritum & satisfactionem factā, non  
operibus, sed solā fide apprehensā, ad Deū solius gloriam & no-  
stram salutem.

21. In libertatem fideles omni tempore per Christum à ty-  
rannide peccati, potestate Satanæ, execratione legis, morte  
æternâ, in novo test. etiam à Leviticarum ceremoniarum servi-  
tute assertos, ut per Spiritum Sanctum renovati, deinceps  
spontè Deo serviant, ad ipsius honorem, proximi ædificati-  
onem & suam ipsorum salutem.

22. Omnes Justificatos sanctificari, cùm Spiritus S. ingen-  
itam & à primis parentibus in nos propagatā vitiositatem abo-  
let, & imaginem Dei in nobis instaurat, quod h̄c quidem per  
gratiam inchoat, in altero a. seculo per gloriam consummat.

23. Tandem omnibus resurgentibus, quotquot in fide us-  
que ad finem perseverant, ad gloriam seu vitam æternam resur-  
recturos esse, in quam in extremo Judicio introducantur, re-  
probis propter peccatum in æternum ignem conjectis.

24. In-

24. Interim non solum generandæ sed & fulciendæ ac su-  
lentandæ fidei destinatum esse verbum & sacramenta.

25. Verbum, ut sit potentia Dei ad salutem omni credenti.

26. Sacra menta tanquam signa visibilia, quibus res verbo  
Evangelij promissa non solum repræsentetur, sed etiam obsi-  
gnetur & in legitimo usu exhibeatur.

27. Baptismum esse novi testamenti sacramentum à Chri-  
sto institutum, in quo foederati in sacro sanctæ Trinitatis no-  
mine à ministro aquâ abluntur, ut fœdus gratiæ ipsis obsigne-  
tur & bona exhibeantur, ipsis vero profitentur se hæc beneficia  
à Deo accipere & deinceps ei vivere velle ac debere.

28. Sacram cœnam esse sacramentum à Christo institutum,  
in quo benedicto pane & vino tanquam signis & sigillis vera  
corporis & sanguinis Christi, omniumque beneficiorum com-  
munion non solum repræsentatur, sed etiam obsignatur & per  
fidem exhibetur.

29. Pro omnibus beneficiis per Christum Ecclesiæ præsti-  
tis omnes ad gratitudinem à Deo obligatos esse, qua fidei in-  
tegritatem testentur.

30. Gratitudinem autem declarari operibus ex vera fide se-  
cundùm legem Dei factis & ad eius solius gloriam relatiq;  
summatis dilectione Dei & proximi comprehendit, quâ tota  
lex absolvitur.

31. Cum etiam in homine renato in hac vita variæ imper-  
fectiones superfiint, ut legem perfectè implere nequeat, opus  
esse oratione, quâ partim pro acceptis beneficiis gratiæ agan-  
tur, partim eorum conservatio & augmenta petantur.

32. Orationem illam ad solum Deum universi mundi re-  
storem supremum, nostræ autem salutis auctorem & perfe-  
ctorem in unici mediatoris Christi nomine dirigendam esse.

33. Denique omnes verè credentes de æterna sua salute cer-  
tos esse debere.

Qui-

Quicunque, inquam, ista docet, is religionem profitetur scripturæ conformem, in qua homo servari potest.

Atqui Evangelica per Europam Ecclesiaista omnia & singula docet & profitetur.

Ergò Evangelica per Europam Ecclesia profitetur religioni scripturæ conformem, adeoque in quā homo servari potest.

## SECTIO SECUNDA.

### I.

AM utraque præmissa est probanda: Et majoris quidem veritas ex eo elucet, partim quod continet summam doctrinæ ad salutem scitu necessariæ, partim quod omnia & singula membra in sacris literis à Spiritu Sancto nobis sunt tradita.

### II.

Summam doctrinæ ad salutem scitu necessariæ argumento nostro comprehendendi, ejusdem cum quinque religionis Christianæ capitibus collatio ad oculum ostendit. Quicquid enim in his ecclesiæ proponitur, id nos breviter complexi sumus.

### III.

Si verò scripturam, quam adeundam esse, superiore disputatione demonstravimus, adeamus, veritas in obscurè esse nequit. Manifestius enim Spiritus Sanctus omnia & singula inculcat, quæ quæ ullis nebulis, quas vafrities humana offundit, ex oculis subduci patiamur, digito solùm rei indicium faciemus.

Dei verbum Prophetarum & Apostolorum scriptis comprehensum unicam & sufficientem fidei vitæque regulam esse,

sc. constans est Spiritus S. doctrina in vet. test. Deut. 4.2. Jesai.  
8. 20. 21. psal. 19.8. in N. T. 2 Tim. 3. 16. Joh. 5. 38. Luc. 16. 29.  
Rom. 15. 4.

V.

DEUM in essentia unum, in personis trinum, Patrem, Fili-  
um & Spiritum S. nobis adorandum proponit V. T. Genes. 1.  
Deut. 6. 4. Jesai. 44.6. & 45.5. 61.1. ps.33.6. N.T. Matth. 3.16. 17.-  
c. 28.19. Johan. 14.15.16.26. Ephes. 4.6. Gal. 4.6. Tit. 3.5.6. 1.Jo-  
han.5.7.

VI.

Creationem coeli & terrae & omnium, quae in ijs sunt,  
visibilium & invisibilium ex nihilo scriptura tradit: Genes. 1.  
& 2. Psal. 33.6. Exod. 20.11. Deut. 5. Rom. 4.17. Colos. 1.16. Heb.  
11.3. Job. 33. 4.38. & 39. actor. 4. 24. & 14.15. hominis vero  
creationem describit Genes. 1.26.27.31.c.5. 1. Colos. 3.10. Ephes.  
4.24. 2. Cor. 3.18.

VII.

Sapientissimam potentissimamque rerum omnium gu-  
bernationem, cui nihil non est obnoxium, assertam legimus,  
Psalm. 104. & 135.6. Psalm. 147.5. Matth. 10.29. Roman. 11. Ephes. 1.11.  
Hebr. 1.3.

VIII.

Hominem impulsore diabolo liberè peccasse, constat ex  
Genes. 3. Sapien. 2.24. Johan. 8.44.1. Johan. 3.8. Rom. 5.12.1. Timot. 2.  
14.2. Cor. 11.3.

IX.

Hominem per peccatum divinis ipsis donis sapientiae, ju-  
stitiae & sanctitatis orbatum ad omne malum proclivem, ad  
bonum a. spirituale penitus ineptum esse tota scriptura clamat.  
Genes. 6.5. cap.8.21. Psalm. 14.3. & 53.3. Jerem. 13. 23.17.9. Roman. 3.10.  
11. & seq. 7.23.1. Corinth. 2.14. Ephes. 2.1.5. c.4.18. Tit. 3.3.

X.

Id vero pendere à peccato originali, quod in totum hu-  
manum

B

manum genus propagatur, constat ex Veter. Testamento Ge-  
nes. 5. 3. cap. 6. 5. c. 8. 21. Job. 14. 4. Psal. 51. 7. ex Nov. Test. Rom. 5. 11. 14.  
16. 19. Joh. 3. 5. 6. Ephes. 2. 3.

XI.

Hinc temporalem & æternam mortem secutam esse pa-  
tet ex Genes. 2. 17. Rom. 5. 12. 14. & 6. 23.

XII.

Hominem lapsum nequaquam ex se, sed per solam Dei  
gratiam ex miseria posse emergere est ipsissima Spiritus S. vox.  
Jerem. 13. 23. Hos. 13. 9.

XIII.

Ut emergetur, Dei justitiae satisficeri debuisse, manifestum  
est ex Genes. 2. 17. Exod. 23. 7. Psalm. 5. 5.

XIV.

Hominem quotidie culpam augere, & aliam verò creatu-  
ram nudam nec posse, nec debere alienam culpam præstare, &  
proinde opus fuisse mediatore, qui esset Deus & homo, & con-  
stans est scripturæ sententia.

a. Hiob 15. 15. 16. Ps. 130. 3. Matth. 6. 12. & 18. 25. b. Ezech. 18.  
4. Gens. 3. 17. Nah. 1. 6. c. Iesa. 7. 14. & 9. 6. Jerem. 23. 6. i. Cor. 15.  
21. Heb. 7. 26.

XV.

Eum autem esse Iesum Christum, Spiritus S. docet Matt.  
1. 23. 1. Tim. 2. 5. & 3. 6. Luc. 2. 11. Heb. 2. 9. doctrinam de natu-  
tarum duarum veritate, distinctione, unione & communione  
in officio & honore, quam suprà memoravimus, scriptura  
præclarè confirmat. Iesai. 7. 14. & 9. 6. Jerem. 23. 6. Johann. 1.  
1. 2. 14. Luc. 1. & 2. 1. Timoth. 3. 16. Colos. 2. 9. Heb. 1. 3. & 2. 14.  
Philip. 2. Gal. 4. 4. Rom. 1. 2. 3. 8. 3. & 9. 5. act. 20. 28. 1. Pet. 3. 18.  
& 4. 1. Joh. 3. 13.

XVI.

Hunc unum & solum idque secundum utramque natu-

ram

ram Patris decreto, suâque voluntate nostrum esse mediato-  
rem, Spiritus S. docet. 1. Tim. 2.5. auctor. 4. 12. Joh. 17. 19. Heb.  
9. 14. Genes. 3. 15. 1. Pet. 1.20. Ps. 40. 7. Heb. 10. 5. 6. 7.

XVII.

Omnis Prophetiae partes à nobis positas scriptura decla-  
rat; Primam Johan. 1.18. c. 8. 26. Matth. 5.6.7. Jesai. 61. 1. 2.3. Se-  
cundam, Matth. 28.18.19.20. Johan. 20.21. Luc. 11.49. Ephes. 4.  
11. auct. 10. 41. 42. 2. Pet. 1. 21. Tertiām, Matth. 3. 11. Marci. 16.  
20. Luc. 24. 45. auctor. 14.3. & 16. 14.

XVIII.

Sacerdotij partem utramque planissimè descriptam legi-  
mus: priorem Joh. 1.29.2. Cor. 5.15.1. Tim. 2. 6. Heb. 2.14. 1. Joh.  
2. 2. posteriorem Heb. 9. 24. Rom. 8. 34. 1. Joh 2. 1. Joh. 1. 12  
& 17. 9.

XIX.

Officium regium eo, quo descripsimus, modo admini-  
strari, testis est Vetus & Novum testamentum. Psal. 110. Iohan.  
16. 14. 15. psal. 2. 6. 7. & seqq. auctor. 9. 4.5. Matth. 25.

XX.

Electionis doctrinam hausimus è scriptura. Roma. 9.11.15.  
18. c. 11. 6. 7. Ephes. 1.3 4.5.6. auctor. 13. 48.

XXI.

Ab officio Christi omnia beneficia dependere docet Jo-  
hannes c. 1.16 Paulus. 1. Corinth. 1.31. Colos. 2.3.

XXII.

Deum vocare, quoscunq; vult, exteriùs per verbum & sa-  
cra menta, interiùs autem per Spiritum S. legimus Matth. 20.  
16. 22. 14. Iohan. 3.8 c. 6.44 & 8.47. auctor. 13. 48. & 16. 14. Rom.  
8.30. 2. Cor. 2.15. 16. 1. Thess. 2.12.

XXIII.

Fidem salvificam esse notitiam, a assensum, b & fiduci-  
am, quā in Jesum Christum, unicum servatorem ejusque me-

B 2 ritum

ritum recumbimis, c & quidem à Spiritu S. per Evangelium  
e ingenerari scripturā perspicuē tradit. a. Johan. 17. 3. Rom. 6.  
8. 9. 11. b. Johan. 5. 24. & 8. 24. 46. c. Iacob. 1. 6. Rom. 4. 18. 19. 20.  
21. & 10. 10. Ephes. 3. 12. Heb. 4. 16. & 11. 1. 7. d. Matth. 16. 17. Jo-  
han. 6. 29. Ephes. 2. 8. Philip. 1. 19 e Roman. 1. 16. & 10. 17.

X XIV.

Neminem extra Christum justificari, a omnes autem ipsi  
datos Justos constitui, b remissione peccatorum, c propter uni-  
cum Christi meritum & satisfactionem d ex mera gratiâ fâ-  
ctâ e non bonis operibus sed solâ fide apprehensâ, g Prophe-  
tæ & apostoli magnâ consensu docent. a auctor. 4. 12. Numer.  
21. Johan. 3. 14. 15. 18. 36. b Rom. 8. 30. c Psalm. 32. 1. 2. Rom. 4.  
6. 7. 8. auctor. 10. 43. & 13. 38. Col. 1. 14. d 1. Cor. 1. 31. Rom. 3. 24. 25.  
& 4. 25. & 5. 11. 18. 19. e. Rom. 3. 24. 4. 16. Eph. 2. 8. 9. 16. f. Psalm.  
130. 3. Rom. 3. 20. 22. 24. Tit. 3. 4. 5. g Genes. 15. 6. Gala. 3. 6.  
Habac. 2. 4. Gal. 3. 11. Rom. 3. 22. 27. 28.

X XV.

Libertatis, in quam assiciti sumus, auctorem, a partes b &  
finem c non aliter atq; indicavimus, iidem describunt. a Joh.  
3. 36. 8. 36. 1. Pet. 1. 18. b Heb. 2. 14. 15. 1. Joan. 1. 7. & 2. 2. 2. Cor. 5.  
19. Gal. 3. 13. & 4. 9. & 5. 1. 2. Ephes. 2. 15. Colos. 2. 14. 16. Heb. 10. 1.  
c. 1. Cor. 9. 19. & seqq. Gal. 5. 13. Rom. 6. 13. 18. 22. & 8. 13.

X XVI.

Sanctificationis rationē, quam attulimus, nobis scriptura  
ostendit. Ezech. 36. 25. 26. 27. 28. 29. deut. 30. 6. 2. Tim. 2. 16. Tit. 3.  
4. 5. Johan. 3. 5. 6. Roman. 7. 22. 23. 24. Philip. 1. 6.

X XVII.

Resurrectionem omnium mortuorum, a extremum ju-  
dicium, b electorum salutem c reproborum æternam damna-  
tionem, d graphicè Spiritus Sanctus describit. a. Daniel 12. 2.  
1. Corint. 15. 1. Thess. 4. 15. 16. b. Matth. 25. Rom. 14. 10. 2. Cor. 5. 10.  
Judæ. v. 14. 15. 2. Pet. 3. c. Matth. 25. 34. 46. Rom. 2. 7. 10. d. Matth.  
25. 46. Rom. 2. 8. 9.

X XVIII.

### XXVIII.

Fidei generandæ & sustentandæ verbum & sacramenta  
destinata, adeoque media ejus ut & salutis esse efficacia, con-  
stat ex Rom. 1. 16. & 4. 11. & 10. 17. 1. Cor. 1. 21. 2. Cor. 3. 8. & 5. 18. 1.  
Pet. 1. 23.

### XXIX.

Baptismi doctrinam ex scriptura repetivimus Matth. 28.  
19. Marc. 16. 16. auctor. 2. 38. & 22. 16. Rom. 6. 3. 4. Ioh. 3. 5. Tit. 3. 5. 6.

### XXX.

Doctrinæ, quam de cœna sacra proposuimus, fundamen-  
tum exstat Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 10. 16. & 11. 23. & seq.

### XXXI.

Gratitudinem Deo deberi nemo negat: nec quisquam  
negat eam bonis operibus declarari: horum autem veritatem  
a nobis descriptam vide Rom. 14. 23. Levit 18. 4. 1. Sam. 15. 22. Ephes.  
2. 10. 1. Cor. 10. 31. Exod. 20. Deut. 5. Math. 22.

### XXXII:

Hominem re natum in hac vita legem perfectè implere  
non posse, patet ex Roman. 7. 23. Gal. 5. 17. 1. Cor. 13. 9. 10 Psal.  
143. 2. Iacob. 1. 10 Psalm. 32. 6.

### XXXIII,

Opus esse oratione secundum scripturam apud omnes est  
inconfesso: Eam vero ad solum Deum, & in unius mediatoris  
Christi nomine dirigendam esse, ex eadem scriptura est ma-  
nifestum.

a Deut. 6. 13. & 10. 20. Matth. 4. 10. Jesai. 42. 8. Apoc. 19. 10. b A-  
ctor. 4. 12: Rom. 5. 1. 2. Iohan. 15. 23.

### XXXIV.

Omnis denique electos & vere credentes de salute suâ cer-  
tos esse debere, totius scripturæ vox est Roman. 8. 33 & seqq. Jo-  
han. 5. 24. & 6. 37. 39. 40. 47. Marc. 16. 16. 1. Iohan. 3. 2. 14.

### XXXV.

Hac tenuis majoris veritatem confirmavimus. De mino-

B 3

re

3  
1.  
14  
29.  
31.  
39.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.

re non est, ut multa h̄ic differamus: Eam enim esse nostrarum  
ecclesiarum doctrinam ex confessionibus, quas harmonia Ge-  
nevæ edita repræsentat, omnibus bonis constare ex-  
sistimamus, quò lectorem remissum vo-  
lumus.

---

Ad Præstantissimum doctrina & virtute  
juvenem,

M. JOANNEM DOSSELIUM.

**V**T quæ Cælestis deducit ad atria regni  
Metaforet veris certa patensq; notis.  
Utg; Dei in terris quæ sponsa sit, & quibus oris,  
Illiū ad sanctum consociere gregem  
Id Pater è cœlo monuit satis ipse, jubet q;  
Attentos verbis sensa tenere fut:  
Scilicet hac sponsa est thalami cælestis &, illam  
Electam toto pectore sponsus amat.  
Hac quoq; meta via est, quam qui tenuere beati  
Ad portum cursu non remorante meant.  
Felices igitur quibus hanc Ariadna salutem  
Cælica, & hoc unum prævia monstrat iter:  
Te quoq; felicem, qui cum precente Magistro  
Hanc Cœcios solam consulis ire viam.

Caspar Sturmius

D.


**RODOLPHUS GOCLENIUS SENIOR**  
ad doctrinatam sacra quam profana & virtute  
præstantissimum virum,

M. JOHANNEM DOSSELIUM.

**E**RGOte magni PATROCULUM præstabis Achillis,  
Cœlestis Sophie & Logicae spectatior armis  
Dosseli; & stabis pro vero fortis Athleta,  
Quo stat adhuc, Christo præsente, Ecclesia nostras,  
Et nostræ pariter comprensa est summa salutis  
Hac pro doctrina quidvis perferre patiq;  
Et dulcem fuso vel sanguine ponere vitam  
Non veritimi multi vasto sunt Martyres orbe,  
Quis, Domini assistente piji Spiramine sancto,  
Latitia in leto, lux in cruce, quæsus acerbo  
In queſtu, media in lucta victoria certa,  
Pax certa, in duro requies optata labore,  
In planctu risus, sicco relevamen in æstu,  
Gaudia in ærumnis, & in anxietate voluptas,  
Patria in exilio, nulloq; in nomine splendor,  
In probro provenit honos, in morte triumphus.

F I N I S.




















I V.

cæ genus non est ars nec prudentia.

ut prolixus simus, nulla flagitat necessitas; unico igitur: quicunq; habitus philosophicus non est practica virtù & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ adiunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Metaphysicæ habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit. et prudentiæ propria indoles, uti minorum ipsius, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc arti non competit definitio artis, illius genus ars esse ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Majoritudo generis competit speciei generi subjectæ, quia eò est corpus animatum sensu præditum. Minorone artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi- ffectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men- theor. trans. diff. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra- physica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi- es habitus practici: Forsan species alicui compe- genus illius speciei? quod ego non crediderim, omo sit & non animal: Hæc ille. Artem contem- in Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor. p. 20. proclamamus στρυγόξυλον. Nec juvat eum io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore juæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc. b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n. 0. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeò sit apud Dd. Metaph. controver- a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta lideò non possit esse genns Metaphysicæ, quia siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic & constituere nequeat, quia præcisè Principia mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin- pi. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3 jor